

et ad omnes filios isrl: priueterūq; ante dñm. Tollebant itaq; ioseph achā filium zare. et auream regulam. argentumq; et pallium. filiosq; eius et filias. boues quoq; et asinos. et oves. ipsumq; tabernaculum et cū etiam suppledilem. et omnis isrl cum eo: duxerunt eos ad uallēm achōr. ubi dixit ioseph. Quia turba fū nos. exturbet te dñs in die hac. Lapidauitq; cum omnis isrl: et cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. Congregauerunt quoq; sup eum accruum magnū lapidum: qui permanet usq; in presentem diem. Et auersus est furor dñi ab eis. Uocatum est nomen lo ci illius uallis achōr: usq; hodie.

**D**ixit autē dñs ad ioseph. viii;  
Ne uimeas: neq; formides. Tolle tecum omnē multitudinē pugnatorum: et consurgens ascende in oppidum hai. Ecce uadidi in manu tua regem eius et poplū: urbemq; et terram. Faciesq; urbi hai et regi eius. sicut fecisti bicercho et regi illius. Predam uero et omnia animantia diripiatis uobis. Ponc insidias urbis post eam. Surrexitq; ioseph et omnis exercitus bellatorū cum eo: ut ascendenterent in hai. Et electa triginta milia uirorum fortū misit nocte: precipitq; et dicens. Ponite insidias post ciuitatem. nec longius recedatis: et eritis omnes parati. Ego autē et reliqua multitudi que metum est: ascendemus ex aduerso contra urbem. Cumq; erint contra nos: sicut ante fecim⁹

fugionis et uirga uerterimus. donec psequentes ab urbe longius peribantur. Putabant enim fugere nos: sicut prius. Nobis ergo fugientib; et illis sequentib;. consurgeat de insidijs et uastabitis ciuitatem: tradetq; eam dñs deus uester in manus uras. Cūq; ceperitis: succendite eam. Sic facietis omnia: ut iussi. Dimisitq; eos et prexerunt ad insidiarum locum: sedeturuntq; inter bethel et hai ad orientalem plagam urbis hai. Ioseph autem nocte illa in medio mansit populi. Surgensq; dilucido recensuit socios: et ascendit cum semiorib; in fronte exercitus. uallatus auxilio pugnatorum. Cumq; uenissent et ascendissent ex aduerso ciuitatis: steterunt a septentrionali urbis plaga. inter quam et eos uallis media erat. Quinq; milia autē uironum elegerat et posuerat in insidiis inter bethaven et hai: ex occidentali parte eiusdem ciuitatis. Omnis uero reliquis exercitus ad aquilonem acē dirigebat: ita ut nouissimi multitudinis occidentalem plagam urbis attingerent. Abiit ergo ioseph nocte illa: et stet in uallis medio. Quod cum uidisset rex hai: festinavit mane et egressus est cum omni exercitu ciuitatis. Directiq; ac em contra desertum: ignorans quod post tergum latarent in fidie. Ioseph uero et omnis isrl cesserunt loco: simulantes metum et fugientes per viā solitudinis. At illi uocantes partem et se mutuo cohortantes: psecuti sunt eos. Cumq; recessissent a ciuitate et ne unus quidem in urbe hai

et bethel remansisset qui non perse-  
queretur isrl. sicut eruperant apta  
oppida dereliquentes. dixit dñs ad  
iosue. Leua clipeum qui in manu tu-  
a est contra urbem hai: qm̄ ubi tra-  
dam eam. Cumq; eleuasset clipeū  
ex aduerso ciuitatis: insidie quę la-  
tebant surrexerunt confestim. Et  
pergentes ad ciuitatem: ceperunt  
et succederunt eam. Viri autem  
ciuitatis qui persequabantur iosue.  
respidentes et uidentes sumū urb adce-  
lum usq; ascendere: non potuerunt  
ultra huc illucq; dissugere. prescam  
cum hi qui simulauerant fugam et  
tendebant ad solitudinem contraria p-  
sequentes forassime restassent. Vi-  
densq; iosue et omnis isrl quod cap-  
ta esset ciuitas. et sumus urbis ascen-  
deret: reuersus paucis viros hai. Si-  
quidem et illi qui ceperant et suc-  
cenderant ciuitatem. egressi ex ur-  
be contra suos: medios hostium feri-  
re ceperunt. Cum ergo ex utraq; par-  
te aduersarij cederentur. ita ut nul-  
lus de tanta multitudine saluaret:  
regem quoq; urbis hai apprehende-  
runt uiuentem. et obulerunt io-  
sue. Igitur omnib; interfisis qui is-  
raelitem ad deserta tendentem fuerat  
psecuti. et in eodem loco gladio cor-  
ruerint: reuersi filij isrl pcusserunt  
ciuitatem. Erant autē qui in eo die  
concederant a viro usq; ad mulierē  
duodecim milia hominum: omnes  
urbis hai. Iosue uero non contraxit  
manum quam in fallime portex-  
erat. tenens clipeum: donec interfice-  
rentur omnes habitatores hai. Ju-  
menta quoq; et predam ciuitatis.

127

diviserunt sibi filij isrl sicut prece-  
perat dñs iosue. Qui succendit ur-  
bem: et fecit eam tumulū scarpiter-  
num. Regem quoq; eius suspendit  
in patibulo: usq; ad uesperum et solis  
occasum. Precepitq; et deposuerunt  
cadaver eius de cruce: pieceruntq;  
in ipso intratu ciuitatis congesto  
sup eum magno aceruo lapidum.  
qui permanet usq; in presentem diem.  
Tunc edificauit iosue altare dño  
deo isrl in monte hebal. sicut prece-  
perat moyses famulus dñi filij isrl.  
et scriptum est in uolumine legis  
moysi: altare de lapidibus impoli-  
us quod ferrum non temigit. et ob-  
tulit sup eo holocausta dño. immo-  
lauitq; pacificas uictimas. et scrip-  
xit sup lapides deuteronomium. le-  
gis moysi quod ille digesserat corā  
filij isrl. Omnis autē populus et  
omnes maiores natu. duces atq; iu-  
dices stabant ex utraq; parte arche-  
m conspectu sacerdotum qui porta-  
bant archan fedem dñi. ut adue-  
na ita et indigena: media eorum  
pars iuxta montē garizim. et me-  
dia iuxta montem hebal sicut pre-  
ceperat moyses famulus dñi. Et  
primum quidem benedixit poplo  
isrl: post hec legit omnia uerba be-  
neictionis et maledictionis et cun-  
cta quę scripta erant in legis uolumi-  
ne. Nichil exhibet quę moyses iussit ac  
reliquit in tabernaculo: sed uniuersa re-  
plicauit coram omnī multitudine  
isrl. mulierib; ac parvulis. et adue-  
nis qui inter eos morabantur. ix;  
**Q**uib; auditas cuncti reges transfor-  
danen qui uerabantur in monta-

mis et campestrib; in maritimis ac  
luctore maris magni. hi quoq; qui  
habitabant iuxta libanum hebre  
us et amoritus. et iebuseus. et cha  
nanus. pherezesus. et cuius. con  
gregati sunt pariter ut pugnari  
contra ioseue et isrl uno animo ea  
demq; sententia.

**E**t hi qui habitabant in gabaon  
audientes cuncta quæ fecerat io  
sue hiericho et bai. et callide cogi  
tantes. tulerunt sibi cibaria. sac  
cos ueteres imponentes asinis. et u  
tres unarios scos atq; consutos.  
calciamentaq; per antiqua. quæ  
ad indicium uetus statu pittacij  
consuta erant. indui ueteribus  
uestimentis. Panes quoq; quos por  
tabant obuiaticum. duri erant.  
et infra communia. Perrexe  
runtq; ad ioseue. qui tunc moraba  
tur in castris galgalis. et dixerunt  
ei. atq; omni simul israheli. De  
terra longinqua uenimus. pacem  
uobiscum facere cupientes. Respon  
deruntq; uiri isrl ad eos. atq; dixe  
runt. Ne forsitan in terra quæ no  
bis sorte debetur habitetur. et non  
possimus sedis inire uobiscum.  
At illi ad ioseue. serui inquit  
uui sumus. Quib; ioseue. qui nam  
ait estis uos et unde uenistis. Re  
sponderunt. De terra longinqua  
ualde uenerunt serui uui in nomi  
ne dñi dei uui. Auditimus enim  
famam potentie eius. cuncta quæ  
fecit in egypcio. et duob; amorre  
rum regib; trans iordanen. seon  
regi ezebon. et og regi basan qui  
erant in astaroth. Dixeruntq; no

bis semortes. et omnes habitatores  
terre nře. Tollerite in manib; cibaria  
ob longissimā uiam. et occurrite eis  
ac dicite. Serui uiri sumus. sedis in  
te nobiscum. En panes quando eges  
si sumus de domibus nřis ut uenire  
mus ad uos. calidos sumpsimus. nunc  
siccæ facti sunt et ueritate nimia  
commixti. Vates uiri nouos imple  
uimus. nunc rupti sunt et soluti.  
Cestes et calciamenta quib; induim  
et quæ habemus in pedib; oblongi  
tudinem longioris uę trita sunt.  
et penè consumpta. Suscepserunt igi  
tur de cibarijs eorū. et os dñi non in  
terrogauerunt. Ecceq; ioseue cum eis  
pacem. Et initio sedere pollicatus est  
quod non occiderentur. Principes  
quoq; multitudinis iurauerunt eis.  
Post dies autē tres milia sedentis audi  
erunt quod in vicino habitarent.  
et inter eos futuri essent. Moveruntq;  
castra filij isrl. et uenerunt in monta  
tes eorū die tertio. Quarum hec uo  
cabula sunt. Gabaon. et caphyrā.  
et beroth. et carathiarim. Et non  
pertusserunt eos. eo qđ iurassent eis  
principes multitudinis in nomine  
dñi dei israhel. Murmurauit itaq;  
omne uulgas contra principes. Qui  
responderunt eis. Iurauimus illis  
in nomine dñi dei isrl. et iurato n̄  
possimus eos contangerē. sed hoc faci  
enus eis. Reseruentur quidem et ui  
uant. ne contra nos uia dñi concaret  
si petierauerimus. sed sic uiuant. ut  
in usus uniuersæ multitudinis ligna  
cedant. et aquas comportent. Quib;  
hec loquentib; uocauit gabaonitas  
ioseue. et dixit eis. Cur nos decipere

fraude uoluntatis. ut dicentes procul  
ualde habitamus a uobis cum in me-  
dio nři scis? Itaq; sub maledictione  
eris. et non defiaet de stirpe uā lig-  
na cedens. aquasq; comportans in do-  
mum dei mei. Qui responderunt. Nū  
tatum est nobis seruis tuis que pmi-  
fisset dñs deus tuus moysi seruo suo:  
ut tradiceret uobis omnem terrām et  
disperderet cunctos habitatores eō.  
Timuimus igitur ualde: et puidim  
animabus nostris. uīo terrore cōpul-  
si. et hoc consilium inuimus. Nunc  
autē in manu tua sumus: quod ubi  
bonum et rectum uidetur fac nobis.  
Ecce ergo iofue ut dixerat: et libera-  
uit eos de manibus filiorū isrl. ut n̄  
occiderentur. Diciturq; in illo die esse  
eos in ministerium cuncti populi. et  
altaris dñi. cedantes ligna et aquas  
portantes usq; in presentis tempus in  
locō quē dñs elegeret. Ex

**Q**ue cum audisset adonis dech rex  
hierusalem . quod salicet cepisset io-  
sué h̄ai . et subuer̄tissem eam . si aut̄  
cūm fecerat hiericho et regi eius . sic fe-  
c̄t h̄ai et regi illius . et quod transfu-  
gisseit gabaonite ad isrl̄ . et essent se-  
derati eorum amuit ualde . Vrbs enim  
magia erat gabaon et una regalium  
auitatum . et maior oppido h̄ai : om-  
nesq; bellatores eius forassimi . Misit  
ergo adonis dech rex hierusalem ad  
hoam regem hebrón . et ad pharan re-  
gem hierimoth . ad iasie quoq; regem  
lachis . et ad dabir regem eglon : dicas .  
**A**scendite ad me . et ferite presidium  
ut expugnemus gabaon : quare tūis  
fugerit ad iosue et filios israel . Con-  
gregati igitur ascenderunt quinq;

reges amorreorū. rex hierusalem. rex  
hebron. rex hiatimoth. rex lachis. rex  
eglón simul cum exercitu suis. et ca-  
strametati sunt circa gabaon. obpu-  
gnantes eam. Habitatores autē gaba-  
on urbis obsesse miserunt ad ioseph  
qui tunc morabatur in castris apud  
galgalam. et dixerunt ei. Ne retinahas  
manus tuas ab auxilio scruorum tuo-  
rum. Ascende ait. et libera nos. sinq;  
presidium. Conuenerunt enim aduer-  
sus nos omnes reges amorreorū qui  
habitant in montanis. Ascenditq;  
iōsue de galgalis. et omnis exercitus  
bellatorum cum eo. viri forassimi.

**D**ixitq; dñs ad iofue. Ne timeras eos. In manus eñi tuas tradidi illos. Nullus ubi ex eas resistere poterit. Irruit itaq; iofue sup eos repente tota ascendens nocte de galgalis. et conturbavit eos dñs a facie israhel. contumaciamq; plaga magna in gabaón. ac persecutus est per viam ascensus bethorón. et paucis usq; azeca. et maceda. Cūq; fugerat filios isrl et esset in descensu bethorón. dñs misit sup eos lapides magnos de cælo usq; azecā. et mortui sunt multo plures lapidib; granulis quam quos gladio percutiebant filij isrl. Tunc locutus est iofué dñō in die qua tradidit amorreū in conspectu filiorū israhel. dixitq; coram eis. Sol contra gabaón nemo ueraris. et luna contra uallen ahialón. Susteruntq; sol et luna. donce uelascetur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum. Sit autem itaq; sol in medio celi. et non festinavit occumbere. spatio unius dia. Non fuit antea et postea

cam longa dies: obedientie dñō uo-  
ab homini et pugnante pro isrl.  
Reūsq; ē iofue cū om̄i isrl i cast galgale.  
Fugant eū qnq; rege: isrl abscondit  
spelūca urb maceda. Hūc atūq; ē iofue  
qđūtē cāit qnq; rege: latētē i spelūca  
maceda. Q̄ p̄cepit socij: iact. voluit s̄xai-  
gentia ad os speluncę: et ponite ui-  
ros in dustrios qui clausos custodi-  
ant. Vos autē nobis stare sed p̄se  
quimini hostes. et huiusmos quosq;  
fugientium cedite: nec dimittatis  
eos urbum suarum intrare presi-  
dia quos tradidit dñs deus in ma-  
nus urās. C̄sī signatur aduersarijs  
plaga magna et usq; ad intermo-  
nem p̄ene consūpus: hi qui israhel  
effugere potuerunt i gressi sunt  
ciuitates munitas. Reuierisq; est  
omnis exiitius ad iofue in mace-  
dā ubi tunc erant castia. sam et  
integro numero: nullusq; contra  
filios israhel mutare ausus est. Pre-  
cepitq; iofue dicens. Aperi te os spe-  
luncę: et p̄ducate ad me quinq; re-  
ges qui in ea lauant. Ecce uirt  
ministrū ut sibi fuerat imperatū:  
et eduxerunt ad eum quinq; reges  
de spelunca. regem hierusalem. re-  
gem hebron. regem hierimoth. regē  
lachis. regem eglon. Cumq; aduici  
essent ad eum: uocauit omnes ui-  
ros israhel et ait ad principes exerci-  
tus qui secum erant. Ite et ponite  
pedes sup colla regum istorū. Qui  
cum precesserit et subiectum pehi-  
bus colla calcaret: rursum ait ad  
eos. Nolite timere. ne paueatis: co-  
fortamini et estote robusti. Sic cāi  
facit dñs amīs hostib; uris: ad

uersum quos dimicatis. Percussitq;  
Iosue et interfecit eos. atq; suspendit  
sup quinque stipites. Fueruntq; suspensi  
usq; ad uesperum. Cumq; occumbe-  
ret sol. precepit sois ut deponerent  
eos de pannulis. Quib; depositis pro-  
lecerunt in speluncam in qua latue-  
runt. et posuerunt sup oscaus saxa  
ingenita que permaneit usq; in pre-  
sens. Eodem die maceda quoq; cepit  
Iosue et passit in ore gladij. regenq;  
illius interfecit et omnes habitatores  
caus. non dimisit in ea salutem par-  
uas reliquias. Ecceq; regi maceda:  
sic ac fecerat regi bierichō. Transiuit  
cum omni isrl de maceda in lebnā:  
et pugnabat contra eam. Quam tra-  
didit dñs cum rege suo in manu isrl.  
Pertusseruntq; urbem in ore gladij:  
et omnes habitatores caus. Non di-  
misserunt in ea illas reliquias. Ecce  
runtq; regi lebnā: sicut fecerat regi  
bierichō. De lebnā transiuit cum om-  
ni isrl in lachis: et exenti per gyrum  
disposito obpugnabat eam. Tradid-  
itq; dñs lachis in manu isrl: et ce-  
pit eam die altero atq; pertusit in  
ore gladij. omnemq; animā que fu-  
erat in ea. sicut fecerat lebnā. Eo tē-  
pore ascendit iram rex lazē: ut auxi-  
liaretur lachis. Quem paucissit Iosue  
cum omni populo eius: usq; ad inter-  
missionem. Transiuitq; de lachis in  
eglōn: et arribundadit atq; expugna-  
uit eam eadē die. Pertusseruntq; in ore  
gladij omnes animas que erant in  
ea: iuxta omnia que fecerat lachis.  
Ascendit quoq; cum omni isrl de  
eglōn in hebron: et pugnauit con-  
tra eam. cepitq; et paucissit in ore

gladij: regem quoq; eius. et omnia  
 oppida regionis illius. uniuersasq; a-  
 nimas que in ea fuerant commoratae.  
 non reliquit in ea ulla reliquias. Si-  
 cūt fecerat eglon: sic fecit et hebron.  
 cuncta que in ea reperit consumens  
 gladio. Inde reuersus in dabirā: ce-  
 pit eam atq; uastauit. Regem quoq;  
 eius et omnia per circuitum oppida.  
 percussit in ore gladij: non dimisit in  
 ea ulla reliquias. Sicut fecerat he-  
 bron et lebnā et regib; earum: sic se-  
 cit dabir: et regi illius. Percussit itaq;  
 ioseue omnē terram montanā et me-  
 ridianam atq; campestrem et ase-  
 doth: cum regib; suis. Non dimisit in  
 ea ulla reliquias: sed omne qd' spi-  
 rare poterat interfecit. sicut prece-  
 perat ei dñs deus isrl. A cades barne-  
 usq; gazam omnēm terram gosen-  
 usq; gabaon uniuersos reges et regi-  
 ones eorum uno cepit impetu atq;  
 uastauit. Dñs deus israhel pugna-  
 bat pro eo. Reuersusq; est cum omni-  
 isrl ad locum castrorum in galgala.  
 Quę cum audisset iacob rex asor:  
 misit ad iobab regem madon. et ad  
 regem semeron. atq; ad regem achsaph.  
 ad reges quoq; aquilonis qui habi-  
 tabant in montanis et in planis  
 contra meridiem ceneroth. in cam-  
 pestrib; quoq; et in regionib; dor-  
 mixta mare. chanaęcum quoq; ab  
 oriente et occidente. et amorięcum  
 atq; herbęcum ac phrezeęcum et ic-  
 busęcum in montanis. cucięcum quoq;  
 qui habitabat ad radices hermon  
 in terra masphe. Egressiq; sunt om-  
 nes cum turmis suis populus mul-  
 tis nimis sicut harina que est in

litorie maris: equi quoq; et currus  
 immense multitudinis. Conuicte-  
 runtq; omnes reges isti in unum ad  
 aquas meron: ut pugnarent con-  
 tra israhel. Dixitq; dñs ad ioseue.  
 Ne timeas eos. Cras cūi hac eadem  
 hora. ego tradam omnes istos uulne-  
 rados in conspectu israhel. Equos  
 eorum subneruabis: et currus igne  
 combures. Venitq; ioseue et omnis  
 exercitus cum eo aduersum illos ad  
 aquas meron subito: et irrutūt sup  
 eos. Tradiditq; illos dñs in manib;  
 israhel. Qui percusserunt eos et perse-  
 cuti sunt usq; ad sidonem magnā.  
 et aquas masserophot campumq;  
 masphe: qui est ad orientalem illi-  
 us partem. Ita percussit omnes: ut  
 nullas dimitteret ex eis reliquias.  
 Ecceq; sicut precepérat ei dñs. Equos  
 eorum subneruavit: currusq; com-  
 bussit. Reuersusq; statim cepit asor:  
 et regem eius percussit gladio. Asor  
 cū antiquitus inter omnia regna  
 hęc principatum tenebat. Percus-  
 sitq; omnes animas que ibidem mo-  
 rabantur. Non dimisit in ea ulla  
 reliquias: sed usq; ad intermissionē  
 uniuersa uastauit. Ipsamq; urbē  
 permissit incendio et omnes parti-  
 lum ciuitates. regesq; earum cepit.  
 percussit atq; deluit: sicut prece-  
 perat moysēs famulus dñi. Absq; ur-  
 bib; que erant in collibus et in tu-  
 mulis sine: queras succedit israhel.  
 Vnam tantum asor munitissimā  
 flammatum combussit. Omnenq;  
 predam istarum urbium ac iumenta  
 diuiserunt sibi filii isrl: cunctisq;  
 hominib; interfecit. Sicut precepit

dñs moysi seruo suo: ita precepit  
moyses iofue. et ille complevit uni  
uersa. Non praecepit de uniuersis  
mandatis: ne unum quidem uerbū  
quod iusscrat dñs moysi. Cepit itaq;  
iofue omnē terram montanam et  
meridianam. terrāq; goſen et pla  
nitiam. et occidentalem plagam:  
montemq; iſrahel et campestria cl.  
et partē montis que ascendit scir  
usq; baalgad per planitiam libani  
subiit montem hermon. Omnes re  
ges eorum cepit. p̄cussit: occidit.  
Multo tempore pugnauit iofue co  
tra reges istos. Non sunt quitas que  
se non tradecit filii iſrl̄. preter euēū  
qui habitabat in gabaon: omnes  
bellando cepit. Dñi enim sententia  
fuerat ut indurarentur corda ipso  
rum. et pugnarent contra iſrl̄ et  
cadent et non mercerentur ullā  
dementiam acciperent: sicut pre  
ceperat dñs moysi. In tempore illo  
uenit iofue et interfecit enachim  
de monte hebrón. et dabir. et  
anáb. et de omni monte iuda et iſ  
rahel: urbesq; eorū delciuit. Non  
reliquit illum de stirpe enachim  
in terra filiorū iſrl̄: absq; ciuitatib;  
gaza. et geth. et azoto. in quibus  
solis relicti sunt. Cepit ergo iofue  
omnem terram sicut locutus est  
dñs ad moysem: et tradidit eam in  
possessionem filiis iſrl̄ secundū par  
tes et trib; suas. Quicunq; terra a  
pr̄dij. h̄i sunt reges quos pertusse  
runt filii iſrl̄. et possiderunt terrā  
eorum trans iordanen ad solis or  
tum: a torrente arnon usq; ad mo  
tem hermon. et omnem orientale

plagam que respiciat soliditudinem. Se  
oni rex amorrōnū qui habitauit in  
esebon dominatus est ab aero quē  
sita est sup ripam torrentis arnon  
et medię partis in ualle. dimidijq;  
galaad usq; ad torrentem iaboc qui  
est terminus filiorū amón. Et a soli  
tudine usq; ad mare cheneroth. qđ  
est mare salissimum ad orientale  
plagam. per uiam que dicit bethe  
simoth. Et ab australi parte que sub  
iacet aſedoth fasga: terminus og re  
gis basan. de reliquoſ raphael qui  
habitauit in aſtaroth. et in edrai. et  
dominatus est in monte hermon.  
et in salachá. atq; in uniuersa basan  
usq; ad terminos gesuri et machati  
et dimidię partis galaad terminū  
seon regis esebon.

**M**oyses famulus dñi et fili⁹ iſrl̄ per  
cauerunt eos. Tradiditq; terram eo  
rum moyses in possessionem rube  
nus et gaddius: et dimidię tribui  
manasse.

**H**i sunt reges terre quos pertusse  
runt filii iſrl̄ trans iordanen ad  
occidentalem plagam: ab aal gad  
in campo libani usq; ad montem li  
bani cuius pars ascendit in se. Tra  
diditq; eam iofue in possessionē tri  
bubus iſrahel: singulis partes suas.  
Nam in monteis quam in plains.  
atq; campesrib; maseroth et solitu  
dine ac meridie: hechaeus fuit et  
amorreus. chanançus. et pherez  
us. euēus. et iebuscus. Rex hiericho  
unus. Rex achi que est ex latere be  
thel unus. Rex hierusalem unus.  
Rex hebron unus. Rex bierimoth  
unus. Rex iadis unus. Rex eglon

unus. Rex gazer unus. Rex dabir unus.  
 Rex gader unus. Rex herma unus.  
 Rex hered unus. Rex lebná unus. Rex  
 odollam unus. Rex machedá unus.  
 Rex bethel unus. Rex thaphuá unus.  
 Rex aser unus. Rex afer unus. Rex  
 saron unus. Rex madan unus. Rex  
 asor unus. Rex seimeron unus. Rex  
 achsaf. unus. Rex thenac unus. Rex  
 imageddo unus. Rex cedes unus. Rex  
 iachanché dor unus. Rex gentiū gal  
 gal unus. Rex thersá unus. Omnes  
 reges: triginta et unus. Iosue senex  
 prouectusq; et atri erat. Et dixit dñs ad  
 eum. Sciuisti: et longius es. Terraq;  
 lauissima derelicta est. que neclū est  
 forte diuisa: omnis uidelicet galilea  
 philistijm et uniuersa gessuri. a fluiuo  
 turbido qui irrigata egypcum usq;  
 ad terminos accaron contra aquilonē.  
 terra chanaán que in quinq; regulos  
 philistijm dividitur: gazzo et azotos.  
 aschalonitas. getheos. et acharonitas.  
 Ad meridiem uero sunt euq;. omnis  
 terra chanaán et māaria sidomorum  
 usq; áfera et terminos amorri eiusq;  
 confinia. libani quoq; regio contra  
 orientem. ab aalgad sub monte her  
 mon donec ingrediari semath omni  
 um qui habitant in monte. álibano  
 usq; ad aquas masrefoth. uniuersiq;  
 sydonij.

Ego sum qui delebo eos a facie filio  
 rum isrl. Veniat ergo in partem here  
 ditatis israel: sicut precepisti ubi. Et  
 nunc diuide terram in possessionem  
 nouem tribub; et dimidie tribui ma  
 nasse: cum qua ruben et gad possede  
 runt terram quam tradidit eis moy

ses famulus dñi transfluenta ior  
 danis ad orientalem plagam ab  
 arde quē sita est in ripa tr̄ reu  
 tis arnon et in uallis medo. uni  
 uersaq; campestria medaba usq;  
 dibon. et cunctas ciuitates scon regis  
 amorri qui regnauit in esebon usq;  
 ad terminos siborū amon et galaad.  
 ac terminū gessuri et machati. om  
 nemq; montem hermon et uniuer  
 sa basan usq; salcta omne regnum  
 og in basan qui regnauit in asta  
 roth et edrai. Ipse fuit de reliquis  
 raphaim. Periitq; eos moyses:  
 atq; deleuit. Nolueruntq; dispdere  
 filij israhel gessuri et machati: et ha  
 bitauerunt in medio isrl usq; in pre  
 sentē diem Tribui autē leui non de  
 dit possessionem: sed sacrificia et  
 uictime dñi deuitalibet. ipsa est eius  
 hereditas sicut locutus est illi. Dedit  
 ergo moyses possessionē tribui fili  
 orum ruben iuxta cognationes. su  
 itq; terminus eoru ab aroer que si  
 ta est in ripa torrentis arnon. et  
 in ualle eiusdem torrentis media:  
 uniuersam plantam que duat  
 medaba et esebon. cunctosq; uici  
 los earum qui sunt in campesrib;  
 dibon quoq; et bamoth. baal et op  
 pidum baalmaón. lessa et othimoth.  
 et mephaáth. cariatham. et saba  
 ma. et sarathasar in monte conual  
 lis. Betheor et asceloth fasga et betha  
 isimoth. omnes urbes campestres.  
 uniuersaq; regna scon regis amor  
 ri qui regnauit in esebon. que per  
 cussit moyses cum principibus  
 madian. Euçum. et reem. et sur  
 et hur. et rebæ duces scon habitato

re terre. et balaam filium beor  
ari olim. occiderunt filii israhel  
gla dio: cum ceteris interfudis.  
Factusq; est filiorum ruben iorda  
nis filius. Hec est possessio rube  
nitarum per cognationes suas. ur  
bium et viciorum. Deditq; moy  
ses tribui gad et filios eius per cogna  
tiones suas. possessionem cuius huc  
est diuisio. terminus iazer: et om  
nes ciuitates galaad. dimidiamq;  
partem terre filiorum ammon usq;  
ad arcer que est contra rabbā. et  
ab esbō usq; ramoth. mase et ba  
tham et amanaim usq; terminos  
dabir in ualle quoq; becharaam.  
et bechmemā. et socchoth. et saphō.  
reliquam partem regni seon regis  
esbon. Huius quoq; iordanis finis  
est usq; ad extreamam partē maris  
cenereth trans iordanen: ad orien  
talem plagam. Hec est possessio  
filiorum gad per familias suas: ci  
uitates et milie earum. Dedit et  
dimidię tribui manasse filiosq; ei  
uxta cognationes suas possessionē  
cuius hoc principiū est amanaim:  
uniuersam basan et cuncta regna  
og regis basan. omnesq; uicos ait  
qui sunt in basan. sexaginta op  
pida. et dimidiā partem gala  
ad. astaroth et behrai urbis regni  
og in basan. Filii madhir filii ma  
nasse dimidię parti filiorū madhir  
uxta cognationes suas. hanc pos  
sessionem diuisit moyses in cam  
pestrib; moab trans iordanen con  
tra hieticho ad orientalem pla  
gam. Tribui autē leui non dedit  
possessionem: qm̄ dñs deus israhel

ipse est possessio eius. ut locutus est  
illi. *Hoc est quod possiderunt filii*  
*isrl̄ in terra chanaan quam dederat*  
*eis deazar sacerdos. et ioseph filius num*  
*et principes familiarū p̄ trib; israhel.*  
*sorte omnia diuidentes. sicut precepe*  
*rat dñs in manu moyſi. nouem tri*  
*tribub; et dimidię tribui. duab; enim*  
*tribub; et dimidię tribui. dederat*  
*moyſes trans iordanen possessionē:*  
*absq; leuiti qui nichil terē accep  
erunt inter fratres suos. sed in eorum*  
*successerant locum filii ioseph in du*  
*as diuisi tribus manasse et ephraim.*  
*nece acceperunt leuitē aliam in terra*  
*partem nisi urbes ad habitandum*  
*et sub urbana earum. ad alenda iu  
menta et pectora sua. Sicut precepit*  
*dñs moyſi. ita fecerunt filii isrl̄: et di  
uiserunt terram.*

**A**ccesserunt itaq; filii iuda ad ioseph  
in galgal: locutusq; est ad eum cha  
leb filius iephone cenezeus. *Nostri*  
*quid locutus sit dñs ad moyſen ho  
minem dei de me et te: in cadesbar  
ne. Quadragesita annoū eram qn̄  
do me misit moyſes famulus dñi de  
cades barnē. ut considerarem terrā:  
nuntiaviq; ei quod uerū michi ui  
debat. Et fratres autē mei qui ascen  
derunt mecum dissoluerunt cor  
populi: et nichilominus ego secu  
tus sum dñm deum meum. *Jurauitq;*  
*moyſes in die illo: dicens Terram*  
*quam calcavit pes tuus erit posse  
sio tua. et filiorum tuorum in eternū:*  
*quia secutus es dñm deum meum.*  
*Concessit ergo dñs uitam michi si  
cuit pollicitus est: usq; in presentem*  
*diem. Quadragesita et quinq; annis**

sunt ex quo locutus est dñs uerbum istud ad moysen: quando ambulabat israhel per solitudinem. Hodie octoginta quinq; annorum sum: sic ualeo ut eo ualebam tempore quando ad explorandum missus sum. Illius in me temporis fortitudo usq; hodie perseverat: tam ad bellandum quam ad gradendum. Da ergo michi montem istum quem pollicitus est dñs te quoque audiente. in quo enachim sunt et urbes magnae atque munite: si forte sit dñs metum et potero delere eos sic cum pimisit michi. Benedixitque ei ioseph: et tradidit hebron in possessionem. Atque ex eo sunt hebron chaleb filio iephone cenezeo usq; in presentem diem: quia secutus est dñm deum israhel. Nomen hebron ante uocabatur cariatharbe. Adam maximus ibi inter enachim sicut est. Et terra cessauit: a prius.

**I**gitur sororium iudee per cognationes suas: ista sunt. A termino eodō: desertum sin contra meridiem et usq; ad extremam partem australis plage. Initum eius a summitate mari salissimi et a lingua eius quem respicit meridiem: egrediorumque contra ascensum scorpionis et pertransit insynā. ascenditque in cades barnē et puenit in esrom. ascendens ad dara et circumiens caricaā. atque inde pertransiens in asemona et pueniens ad torrentem egyp̄. Eruntque termini eis mare magnum. Hic erit finis meridianę plage. Ab oriente uero erit initium maris salissimum. usq; ad extrema iordanis et ea quem respiciunt aquilonem: a lingua maris usq; ad

eundem iordanem stūnum. Ascenditque terminus in betbaglā et transit ab aquilonem in betharabā: ascendens ad lapidem boem filij ruben et tenuens usq; ad terminos dabira de ualle achor contra aquilonem. respiciens galgala quem est ex aduerso ascensionis ad omnī ab australi parte torrentis. transitque aquas quem uocant fons solis: et erunt exitus eius usq; ad fontem rogel. Ascenditque per ualem filij ennon. ex latere iebuseti ad meridiem. hoc est hicrusalem: et inde se erigent ad uerticem montis quem est contra geennom. ad occidentem. in summitate uallis raphaim contra aquilonem. Pertransitque a uertice montis usq; ad fontem aque nepthoā: et puenit usq; ad inicos montis ephrō. inclinaturque in bala quem est caria thiarim id est urbs siluarum: et circum de bala contra occidentem usq; ad montem seir. Transitque iuxta latius montis iarim ad aquilonem in cheslon: et descendit in bechsames. Transitque in thammā: et puenit contra aquilonem partis acharon ex latere. Inclinaturque sedrona et uan sit montem bāalā: puenitque in iebnebel et maris magni contra occidentem sine concluditur. His sint termini filiorum iuda per circuitū: in cognationib; suis. Chaleb uero filio iephone dedit partē in malo filiorum iuda sicut precepérat ei dñs: cariatharbe patris enach ipsa est hebron. Deindeque ex ea chaleb tres filios enach: sesai et haman et tholmai de stirpe enach. Atque inde descendens uenit ad habitatores

dabir: quæ prius uocabatur cariath-  
sepher id est ciuitas litterarum Dixerit;  
chaleb. Qui pauciscent cariath sepher  
et ceperit eam: dabo illi axam filia  
meam uxorem. Cepitq; eam othoni-  
bel filius chenez: fratre chaleb nu-  
mor. Deditq; ei axam filiam suam  
uxore. Quæ cum pergerent simul:  
suasit virgo ut petaret a patre suo  
agrum. Suspirauitq; ut sedebat in  
asino. Cui chaleb. Quid habes inq;.  
At illa respondit. Da michi benedi-  
ctionem. Terram australem et arè-  
tem dedisti michi: iunge et irrigu-  
am. Dedit itaq; ei chaleb irriguam  
superius: et inferius. Hec est posses-  
sio filiorum iuda: p cognitiones suas.  
Erantq; ciuitates ab extremis par-  
ib; filiorum iuda iuxta terminos  
edom. a meridie: cabsabel. et eder.  
et iagur. et ana. et dimaná. et eda-  
da. et cedes. et asor. iethan. zif. et te-  
lem. baloth. et asor. noua. et cari-  
oth. esrom. hec est asor. amam. sa-  
me. et malodá. et aser. geddá. et  
semón. bethfaleth. et aser. suár. et  
bersabeç. et bazothi. et balá. et hijm.  
esém. et heholad. et sijl. et harmál.  
siceleg. et medinená. et scemá. le-  
baoth. et selim. et aén. remmon. om-  
nes ciuitates uiginti nouem. et uil-  
le earum. In campis trib; uero: esha-  
ol. et saraá. et ascená. et azanoé. et  
aén. gannim. tassuá. et enaén. et  
hierimoth. adulam. sachó. et aze-  
cha. et sarim. adithaim. et gedera.  
et giderothaim. urbes quatuorde-  
ciun. et uille earum. Sanán. et ade-  
sa. et madelgad. deleam. et messa.  
et iethel. lachis. baschát. et aglon.

tebbon. et lehemá. et cethlis. et gide-  
roth. bethdagón. et nehemá. et ma-  
cedá. ciuitates sexdecim: et uille ea-  
rum. Labana. et ether. et asan. iephá.  
et esna. et nesibi. cílá. et achzib. et ma-  
resá. ciuitates nouem: et uille earum.  
Accaron: cum uiculis et uillulis suis.  
Ab accaron usq; ad mare omnia que  
uergunt ad azotum: et uicullos eius.  
Azotus cum uiculis suis: et uillulis  
suis. Gaza cum uiculis suis et uillu-  
lis suis. usq; ad torrentem egypa. et  
mare magnum terminus eius. Et in  
monte: samir. et iether. et socchó.  
et elenná. cariath semá. hec est da-  
bir. anáb. et isthemó. et anám. gosen.  
et olón. et gilo. ciuitates undecim:  
et uille earum. Aráb. et dumá. et  
esaán. ianum. et bethchafuá. et ase-  
ca. athmá. et cariath barbe. hec est be-  
tron. et sior. ciuitates nouem: et uil-  
le earum. Maón. et thermél. et zif.  
et ioté. iethrahel. et lucadam. et  
zanoé. attam. gabaá. et thanna.  
ciuitates decem: et uille earum. Alul.  
et bethsúr. et iedór. mārēth. et be-  
thanoth. et heltherel. ciuitates sex:  
et uille earum. Cariath baál. hec ē.  
cariathiarim. urbs siluarum. et arch-  
bá. ciuitates due: et uille earum.  
In deserto: bethharabá. meddin. et is-  
chachá. et neptan. et ciuitates salis.  
et engaddi. ciuitates sex: et uille ea-  
rum. Iebuséum autem habitatores  
hierusalem non potuerunt filij iu-  
da delere. Habitauitq; iebuséus eñi  
cum filijs iuda in hierusalem: usq; in  
presentem diem. Cxxvi.

Gecidit quoq; sor filiorum ioseph ab  
iordanie contra hicricho. et aquas

cus. ab oriente. solitudo quę ascen-  
dit hiericho ad montana bethel. et  
egreditur de bethelluza. Transiit;  
terminum arthi ad yaroth: et descen-  
dit ad occidentem iuxta terminum  
iesleti usq; ad terminos bechoron in-  
ferioris et gazer: finiunturq; regio-  
nes eius mari magno. possederuntq;  
filii ioseph manasse et ephraim. Et  
factus est terminus filiorum ephraim.  
per cognationes suas. et possessio eorum  
contra orientem astaroth. Addar usq;  
bechoron superioriem: egrediunturq;  
confinia in mare. Macmethat uero  
aquinonem respicit: et circuit ter-  
minos contra orientem in thamath.  
selo. et pertransit ab oriente ianoe.  
Descenditq; de ianoe in astaroth. et  
noarahā: et puenit in hiericho. Et  
egreditur ad iordanen de tassua: per  
transitq; contra mare in ualle ba-  
rundineti. suntq; egressus in mare  
salsissimum. Hęc est possessio trib;  
filiorū ephraim per familias suas.  
Urbisq; separatę sunt filii ephra-  
im in medio possessionis filiorum  
manasse: et uillę earum. Et non  
interfecerunt filii ephraim chana-  
nēum qui habitabat in gazer: ba-  
bitauitq; chananę in medio ephra-  
im usq; in diem hanc tributarius.  
Cxvii; Cedit autē sors tribui manasse  
ipse est primogenitus ioseph: ma-  
chir primogenito manasse patri  
galaad. qui fuit vir pugnator. ba-  
bituq; possessionē galaad et basan:  
et reliquis filiorū manasse iuxta fa-  
milias suas. filii abiezir et filii elah  
et filii esrihel. et filii sechem et fi-  
lii epher et filii semida. Iste sunt

132

filii manasse filii ioseph mares: per  
cognitiones suas. Salphaad uero  
filio epher: filii galaad. filii machir.  
filii manasse non erant filii sed sole  
filię: quarum ista sunt nomina.  
maala. et noa. eglā. et melchā. et  
thersa. Veneruntq; in conspectu ele-  
azarī sacerdos et ioseph filii nun et  
principium: dicentes. Dñs precepit  
per manus moysi: ut datur nobis  
possessio in medio fratum nōrum.  
Deditq; ei iuxta imperium dñi pos-  
sessionem in medio fratrū patris ea-  
rum. Et cediderunt sūniculi manas-  
se decem: absq; terra galaad et basan  
trans iordanen. Filii enim manasse  
possederunt hereditatem in medio  
filiorū eius. Terra autē galaad ceci-  
dit in sortem filiorū manasse qui re-  
liqui erant. Fuitq; terminus manas-  
se ab aser. machinath quę respicit  
sehem: et egreditur ad dexteram iu-  
xta habitatores fontis tasuę. Et enī  
in sorte manasse cediderat terra ta-  
suę: quę est iuxta terminos manas-  
se filiorū ephraim. Descenditq; ter-  
minus uallis barundineti in meri-  
diem torrentis. ciuitates ephraim:  
quę in medio sunt urbium manas-  
se. Terminus manasse ab aquilo-  
ne torrentis: et exitus eius pergit  
ad mare. ita ut ab austro sit posse-  
sio ephraim. et ab aquilone manas-  
se. et utramq; claudat mare. et con-  
iungantur sibi in tribu aser ab aq-  
ilone. in tribu ysachar ab oriente.  
Fuitq; hereditas manasse in ysachar  
et in aser: bethsan et uicili eius et  
ieblaam cum uillis suis et habitato-  
res dor. cum oppidis suis. habitatores

quoq; endor: cum illulis suis. sim  
